



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

De triplici virtutis commendatione. Cap. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

**S**equitur de commendatione Virtutis. Et notandū quod virtus est primò cōmēdabilis à dignitate dātis. Retinuit enim Deus donatōnē eius ad manū suam. Psa. Gratiā & gloriā dabit Dominus. Virtus fructus est Spiritūs sancti. Gala. 5. fructus spiritus est charitas, gaudiū, pax &c. Ex nobilitate arboris fructus bonitatem agnosce. Arbor bona fructus bonos facit. Matth. 7. ergo optima oprimos. ¶ Secundo à dignitate corū quibus datur: hoc enim donū non est nisi bonorū & amicorum Dei: temporalia bona & etiā naturalia corporis vel animæ cōmunia sunt bonis & malis, amicis Dei & inimicis Et frequenter mali & inimici Dei potius in talibus abūdant quā amici Dei. Ex quo apparet nō esse vera bona. Si enim vera bona essent, potius daret ea amicis quā inimicis. Aug. in primo li. de Ciuitate Dei: Ista temporalia bona & mala voluit Deus bonis & malis esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quā mali quoque habere cernuntur: nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerūque afficiuntur. Item Aug. in eo. li. 20. Profectō salubriter discimus, nō magnipēdere seu bona seu mala, quę videmus esse bonis malisque cōmunia, & illa bona quętere, quę bonorū, & illa mala maxime fugere quę proprie sunt malorū. Itē Aug. in eodē: Pulchritudinē idcirco Dominus largitur etiā malis, ne magnū bonum videatur bonis. Deserto itaque bono bonorū proprio, lapsus est factus ad bonorū minimū, non bonis proprium, sed bonis malisque cōmune. ¶ Tertio quasi à situ: quia possessio est valde bona bene sedēs. Bene sedet possessio quę propinqua est ciuitati: melius quę infra muros ciuitatis optimē quę infra muros proprie domus tuta est, & ab hostibus & à ciuibus. Per optimē sedet virtus quę est in secreto cordis. Seneca: Hūc dicito, hunc habe beatū, nō quę vulgus vocat, sed cui omne bonū in animo est. Itē Seneca: Sapiēs intra se omne bonū terminabit. Et dicit qu quidam capta patriā, & vxore & liberis amissis, quum ex incendio publico solus & tamē beatus exiret: interrogātū victori, Nūquid aliquid perdidisset: Nihil, inquit, perdidit, bona meā tecū sunt.

*Quod Virtus sit optimum presens vite, et bonitas aliarum rerum.*

## CAPVT V.

**Q**uarto cōmēdabilis est cōparatione aliorū bonorū. Et primò facta cōparatione ad bona presētia. Secūdo ad futura. ¶ Secūdo cōparationē primā virtutis optimū dicitur. Heb. 13. Optimū est gratia stabilire cor. Aug. in li. de morib. Eccl. Erit, inquit, hominis optimū, quod animā optimā facit: nemo autē dubita